Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dictum est: declaratur per supra allegata & per c. cum uenissent ext: de Instit: Natta cons: 661. n. 28. Hyppol. Rimild: cons: 18. n. 41. & 49. Vnde rectissime præsumitur, talem fuisse concessionem, qualis secutus sit vsus et obseruantia, per Castr: cl. cons: 163. col. 3. in antiquis, ut sic ab effectu atq; euentu demonstretur, per Bald: in L. certis annis. col. 3. C. de pact: & ibid: alij. & idem Bald: in c. 1. ad fin: Quid Juris sit si post alien: Vas: feud: dicens talem præsumi præcessisse licentiam, qualis subsecuta sit alienatio. Alber: Brun: cl: cons: 127. col. 7. in fin. & 8. in princ: Vbi plura & per ea, quæ supra sunt adducta &c.

ipsius concessionis qualitas

Hinc etiam traditum est, si dubitetur an in Venditione aut concessione castri ueniat Jurisdictio, inspici debere id, quod postea obseruatum fuerit, ut si usurpata sit Jurisdictio, censeatur esse concessa. Bald: cons: 245. Incip: Villa. lib. 3. Grauet: cons: 294. n. 7. Vers: Vigesimo post princ.

Similiter etiam ex obseruatione subsecuta, declaratur dubia concessio ut in ea etiam regalia comprehensa censeantur, quæcunq; possessa fuerint ab ijs, quibus facta concessio sit Cuman: cons: 162. Incip: Visa copia